Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



opera. ad tantam humilitatem
nos deducit spiritus sanctus.
Cuius lumen signatur lumine
cereorum. ut uere cognoscamus
nos esse cinerem et puluerem.
Quo lumine illuminatus est
patriarcha abraham quando
dixit. quia semel cepi loquar
ad dominum meum cum sim
puluis et cinis. Cereus in medi-
o stans dm signat. qui dixit.
ubi duo uel tres congregati
sunt in nomine meo. ibi sum in
medio eorum. Numerus cereo
statorum ordo non transit septena
rium numerum. quo septi for-
mi spu illuminatur omnis ec-
clesia. quia septi formis spiritus
singulariter in xpo habitat.
Episcopo accedente ad sedem ce
reostatae de locis suis mutantur
in ordine unius lineae. excepto
primo usque ad altare. Per cereos
tatas uaria dona spiritus sci
figurantur. et unitas spiritus
sancti. Per cereostatas altrinse
cus positas. distributa dona
per corda electorum signan
tur. per compositionem unius
lineae unitas spe sci. in singu
lis donis. De gla in excelsis
do.

Thelesphorus papa constitu
it ut ymnus angelicus. hoc
est gloria in excelsis do. dicere
tur ante sacrificium. Symachus
constituit ut omni die dnico.
et natalitius martyrum idem
ymnus cantaretur. Sacerdos
quando dicit. Gla in excelsis do.
orientis partes sola respicere.
in quibus ita solemus dm requi
rere. quasi ibi propria sede sei
sit. cum potius eum sciamus
ubique esse. Non est ordo. ut qui
dnm laudare uoluerit tergum
ad eum uertat. et pectus ad
seruos. Ipsum statum ex quali
tate loci. ubi angeli cecinerunt.
memoratum ymnum possumus
conicere. Dns qui ubique est se
cundum formam serui. in be
ethelem erat. Que bethleem
ecclesiam nram significat.
que est domus panis. angeli
ad orientem cecinerunt. de quo
statu dicit micheas. Et tu tur
ris nebulosa filie syon usque ad
te uenient. Turris quippe
gregis. qui hebraice dicitur
turris ader. mille circiter pas
sibus a ciuitate bethleem ad o
rientem distat. Diximus supius